


47

F R I S I A
O C C I D E N T A L I S.

*Frisia ter-
mini ambi-
tusque.*



Flevo FRISIA inci-
pit, quæ mores no-
menque priscum re-
tinet. Flevus quon-
dam fluvius non ma-
gnus, etiam inter
ostia Rheni à veteri-
bus numeratus, in-
gens nunc maris fi-
nus, agris eluvione

absorptis, influens in lacum illum vel sinum po-
tius magnum, quem Australe mare, de *Zui-
derzee* vulgo nuncupant. Hoc sinu primo hodi-
ernæ Frisæ pars, quam *Occiduam* proprio no-
mine vocare cœperunt, ab Occidente tota al-
luitur, Hollandicam oram longo intervallo
respicens. Incepit quondam ab Austro à Vidri
fluminis ostio: quanquam tempus fuit, cum
ultra Vidrum *Geelmuda*, *Campena*, *Suolla*
Frisæ accenserentur. Iam cis Vidrum *Hassel-*
tum, *Vollenhoa*, *Stenevicum*, *Cunera* etiam
per Episcopos *Ultrajectinos* Frisiorum reipu-
blicæ adeptæ sunt. Sic post *Cunera* demum
Frisia hodierna initium meridionale capit. Inde
secundum littus in Septentrionem modice pri-
mum flexa, ubi *Stellingwerficus* ager, mox
velut in *Hollandiam* excursura recta in Occi-
dentem longo se spatio porrigit, occursumque
Hollandicæ oræ similiter prominentis, æstuarium
Flevi ab Austrino sinu quasi secludit.

Civitates munitas habet 8, oppida pulcher-
rima sine muris 3, Abbatias 9, Cœnobium in uni-
versum 46, præfecturas juridiciales 28, vicos
celebriores 331. Divisa usitate in tres partes,
quæ jam federibus se jungere, communemque
republicam tueri; jam seorsim sibi consulere
solent. Sunt autem illæ vulgo dictæ *Westergoa*,
Ostergoa, & *Sylvestria*, sive septemsilvæ, verna-
cule de *Sevenwolden*. Prima *Westergoa* est, à *Sta-*
vera Frisiorum quondam metropoli illustri ini-
tium ducens, & majorem longitudinis uni-
versæ partem complexa, mari aut æstuariis ma-
gna ex parte circumfusa, & multo opulentissima,
hominibusque & ædificiis frequentissima.

Franckera.

In hac *Franckera* est, civitatum Frisæ amœnissi-
ma, & mundicie rara, domibus virorum nobi-
lium per amplis & insignibus ornata, rivo navi-
gabili irrigua, vallo terreo ac fossa probe muni-
ta, civium elegantia ac institutis florens, domici-
lium Musarum hoc tempore. *Sneca* humili loco

Sneca.

& aquoso, piscium proventu in primis felix;

Bolsverdia.

Bolsverdia vetustate pollens, mediterranea oppi-
da, & jam olim contra hostiles incurfus com-
munita: item *Harlinga* in littore, recens mœni-
bus circumdata cum arce paulo ante firmissi-
ma, & peregre regio portu, mercatu celebris, vel-

Harlinga.

Belgica.

ut emporium totius regionis, in annos singu-
los fortunam adhuc adaugens: tum *Slota* & *Sta-*
vera, quondam Frisiorum regia, superbo cultu,
nunc oppidi vix nomen tuens, aut speciem re-
tinens. *Hindelopa* & *Worcumum* in littore Occi-
dentali. *Ista* *Sneca* vicina, agro humili & irri-
guo, ut ipsa quoque *Sneca*, sita, quæ mœnibus
carent. Territoria porro octo; *Wonseranum*,
Franckeranum, *Barranum*, *Meinaldanum*,
Baerdanum, *Hennardanum*, *Wiinbritzeranum*,
Biltanum: & in his vici ad 127, Cœnobium
monachis aut sacris virginibus dicata 24.

Slota.
Stavera.

Hindelopa.
Worcumum.
Ista.

Altera *Ostergoa* à *Westergoæ* fine in *Lavi-*
cam flumen, & *Gerriconis* cœnobium, agri
Groningani limitem, porrecta; opibus & viris
nobilis, præsertim qua *Boream* & *Occidentem*
spectat: aut littori vicina est, nam ubi *Gronin-*
ganis contigua est, & meridiem versus procur-
rens *Sylvestribus* propinquat, reliquæ parti haud
par est. Ad cujus initium *Leovardia* est, civita-
tum Frisæ Occidentalis maxima & splendidis-
sima, ædificiis sacris, profanis, publicis, privatis,
nobilium præsertim atris magnificis illustris, ri-
vis profundis per medios vicos præcipuos de-
currentibus (ut pleraque Frisæ oppida) per-
meabilis, vicis tersa, & sine omni immundicie
ac sordibus: opulenta, nitida, populosa, cultu &
moribus hominum præcellens, munitionibus
validis per ambitum cincta, sedes hoc tempore
summi Senatus Frisici per ea loca, ad quem ab
omnibus reliquis tribunalibus inter *Flevum* &
Lavicam provocatio est: sita prope in umbili-
co regionis totius, loco uberrimo, & ad quem
ex cunctis oris, omnibusque agri partibus na-
vigari lenunculis possit: deinde *Doccumum* portu

Ostergoa.

Leovardia.

*Doccu-
mum.*

commodo, quem alveus non contemnendi flu-
minis in *Lavicæ* æstuarium se effundentis, quod
Doccumum rivum vocant, efficit, insigne op-
pidum, ad 4 passuum millia intus ab ortivo la-
tere, ubi flumen exit, pauloque minus à boreo
recedens, aggere terreo cum propugnaculis &
fossa in circuitu munita. Præfecturas præterea
habet 12; *Leovardianam*, *Tyetzercanam*,
Idaerderanam, *Ferverdianam*, *Rawerdianam*,
Dongranam duplicem, *Dantummanam*, *Ostrop-*
agicam, *Columanam*, *Vpsteranam*, *Smallin-*
ganam: vicos 127, Cœnobium 21, arces nobilium
vetustas quam plurimas.

Tertia pars *Sylvestres*, quos *Sevenwolden* nun-
cupant, continet, cum agris vicinis *Stellingwer-*
fico, & *Scoterlandico*, qui contermini sunt *Ul-*
trajectinæ diœcesi, multumque pro libertate
contra Episcopos certamen habuerunt. Hæc
pars palustris aut sabulosa soli, silvas quoque
habet modicas, quæ nomen ei dederunt, & la-
cus nonnullos piscibus copiosos, potissimum ubi

Sylvestres.
Sevenwol-
den.

Z z.

Wester-